



11022.

N<sup>o</sup> 236

16.

B. C. D.

1720 1720

OBSERVATIONES  
CIRCA PROCESSVM  
SAXONICVM,

QVO

CAVSAE INIVRIARVM, EX MANDATO REGIO,  
DE ANN. MDCCXII. PERAGVNTVR,

QVAS,

PRAESIDE

GODFR. LVDOVICO MENKEN,  
D. PROF. PVBL. DICASTERIORVM, QVAE  
VITEMBERGAE SVNT, NEC NON IVDICII PROVIN-  
CIALIS IN MARCHIONATV LVSATIAE  
INFERIORIS, ASSESSORE,

D. XXI. MARTII 1720.

PRO LICENTIA,  
SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES RITE  
CAPESSENDI,

LOCO, HORISQVE CONSVETIS,  
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET,  
ET TVEBITVR,

CHRISTIANVS *Gottlieb* REINHARDVS,  
SCHMIEDEB. SAXO,

ADVOC. IMMATR.

---

VITEMBERGAE,  
LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINIL







DE  
PROCESSV, QVO CAUSAE  
INIURIARVM, EX MANDATO  
REGIO, DE ANN. MDCCXII  
PERAGVNTVR.

LECTORI SALVTEM!



Vae in iniuriarum causis olim obtinebat procedendi ratio, cum mandato regio, quod Duella coerces, sublatam plane esse, nemo est, qui ignorat. Iusti sunt Iudices causas de simplici, et plano, pertractare, absque ambagibus processus, eaque ratione, quae olim, momento *Carpzonio in Process. Tit. I. art. 1. n. 60.* *sqq.* ex obseruantia, in delictis leuioribus, similibusque causis, obtinuit, et vulgo der *Rügen* Processus appellatur. Sed, cum ille ipse procedendi modus nulla lege definitus sit, non est, quod miremur, ignorare haud paucos, qua ratione iniuriarum causae tractari debeant, et saepius grauissime labi. Quare, dum specimen inaugurale mihi edendum esset, conatus sum delineationem qualemcunque, et ueluti ideam huius Processus, sistere, et summa saltem capita, ac potissimas, quae hic fere quotidie occurrunt, quaestiones paucis explicare. Neque tamen dissimulo, non pauca hic esse dubia, atque incerta, et quae Legislatoris expectent decisionem. Quare nemo mihi uitio uertet, quod maluerim aliquando nihil definire, quam in incertis iudicium mihi arrogare. Tu, Lector beneuole, faue instituto nostro, et, si qua forte tibi minus recte dixisse uidebor, ea humanitate Tua excusa, aut emenda.

A 2

§. I.



## §. I.

**I**N minus solenni igitur illa procedendi ratione, ut absque ambagibus ad rem ipsam accedam, non opus est solennem libellum exhibere, sed sufficit, huius loco, nuda denunciatio, siue simplex facti narratio, circumstantias tamen loci et temporis inprimis, et caeteras, accurate exprimere, omnino conuenit, *Berger. in Oec. Iur. p. 795. not. 1.* neque opus habet haec denunciatio petito, sed in genere, satisfieri sibi, postulare, sufficit. Clara est hanc in rem memorati *Edicti §. 22.* dispositio, *uerbis: Daß in Zukunft eine bloße Denunciation von Seiten des Iniuriati, mit Anführung nöthiger Umstände ic. statt haben ic. auch ic. nach Art des in hiesigen Landen hergebrachten Rügen-Proceßes, summarisch verfahren, nichts desto minder aber (sc. quamnis haec ita in libello non expresse sint petita,) nicht nur auf eine Erklärung, und Abbitte, sondern auch, nach Befindung der Sache, und Gelegenheit der Umstände, auf einen öffentlichen Widerruf verabschiedet, und gesprochen werden soll.* *Utrum formula: Beflr. hat sich unterstanden, so viel an ihm gewesen, Kln. an seinen Ehren zu schmähen, an altera: Beflr. hat Kln. an seinen Ehren geschmähet, uti expediat? uid. D. Berger. El. Iurispr. Crim. v. 80.* Solennis tamen libellus a iudice, in uim nudae denunciationis, ferri potest, cum, eo non obstante, officio suo, in causa summarie pertractanda, fungi possit, ut omnino mirari subeat, dari alicubi iudices, qui libellos, in charta signata (Stempel-Papier) conscriptos, ideo, quod, ut *Edicti Regii*, eiusmodi charta, in huiusmodi caulis, haud requiratur, recipere dubitent.

## §. II.

Facta autem denunciatione, non statim Iudex citationes



nes decernere, sed in primis a denunciante exigere debet, ut aut documenta, quae ad causam facere possunt, et quae in denunciatione alleganda sunt, originaliter producat, aut testes, qui uel praesentes fuere, uel aliunde causae notitiam habent, denominet, aut, deficiente alia probatione, libellum denunciationis iuramento suo corroboret, deinde ad examen testium, si tales praesto sint, ante omnia procedat, quod summariter, praecio tamen iuramento, fieri debet. Verba Mandati memorati ita se habent: *Das in Zukunft eine blosser Denunciation &c. mit Beyfüg- und Anziehung derer zur Sache dienenden Schriften, oder Benennung der Zeugen, so mit zugegen gewesen, oder sonst davon Wissenschaft haben, zu summarischer eyndlicher Bestärkung, die Injurien dadurch zu behaupten, statt haben solle; quo et facit Mandatum Regium de d. 4. Mart. 1714. ubi sancitur: Dagegen in den Casibus, wo in Ermangelung des Beweises über den Injurien der End deferiret wird, den Klr. zu eyndlicher Bestärkung seiner Denunciation vertheilen; Circa examen testium duo praeter reliqua notanda sunt ludici, ut 1.) testes non solum super circumstantiis, in denunciatione relatis, examinet, sed omnia omnino exploret, quae ad statum causae pertinere uidentur, cum rudiores quandoque sint, et negligentiores, concipientes denunciationum, et ea omnia, quae factum circumstant, rite non expriment, 2.) ut a testibus ea etiam exploret, et consignet, quae ad exceptiones, et defensionem Iniuriantis, pertinere uidentur. Mandatum Regium de Duellis ea de re clare disponit §. 59. Doch haben die icesmahligen Richter alle Umstände, so auch dem Beschuldigten zu gute kommen können, genau zu erkundigen, selbige wohl zu erwegen, und was hierzu dienlich, ex officio zu beobachten.*



## §. III.

Sunt equidem, qui negant, examen testium, et iuratum confirmationem, citationem praecedere debere, his in primis nixi rationibus: quod 1.) mandata Regia nullibi praeuium examen testium, aut iuratum confirmationem, expressis uerbis requirant; quod 2.) cum naturali omnino ordine pugnet, ut probationes responsionem praecedant; quod 3.) Iudex, sine profanatione diuini nominis, ad examen testium non possit procedere, antequam sciat, quid reus de intentione actoris aut affirmet, aut neget, cum non opus sit testibus, si reus factum forte confiteatur; quod 4.) testes, uti iam praecedenti §. commemorauimus, non solum super circumstantiis, ab actore relatis, sed etiam super exceptionibus rei, examinandi sint, quas Iudex ante responsionem diuinare non possit; quod 5.) examen testium, contra intentionem Potentissimi, processum remoretur, 6.) et si reus sit in comparando contumax, plane frustraneum uideatur, cum Iudex, nouiori de Duellis Edicto, iubeatur reum, contumaciter emanentem, pro confesso, et conuicto, declarare, nulla habita ratione, an probationes citationem praecesserint, an minus? Neque negari potest, usum fori in hac quaestione uarium esse, nec sibi omnino constare.

## §. IV.

Salua tamen res est, nec a sententia affirmante commemoratis rationibus auellimur. 1.) Certe mandata regia examen praeuium, si non uerbis expressis, sententia tamen, exigunt. Ita enim habet *nouius de Duellis Edictum*: *Das in Zukunft eine bloße Denunciation, von Seiten des Iniuriati, mit Anführung nöthiger Umstände, NB. auch Beyfüg- und Anziehung derer zur Sache dienenden Schrift.*



Schriften, oder Benennung der Zeugen, so mit zugegen gewesen, oder sonst davon Wissenschaft haben, zu summarischer endlicher Bestärkung, die begangenen Injurien dadurch zu behaupten, statt haben solle &c. quibus uerbis disponitur, testes statim in denunciatione debere denominari, quod sane cum effectu intelligendum est, ita, ut examinatio deinde testium sine mora a Iudice expediri debeat, siquidem etiam examinis testium statim uerbis allegatis fit mentio, antequam disponatur adhuc, quomodo cum citatione procedendum sit. Nec minus cum hoc Edicto *Mandatum Regium de d. 4. Mart. 1716.* per omnia conuenit, quando in locum deficientis probationis iuramentum denunciantis surrogat, uerbis: Dagegen in den Casibus, wo, in Ermangelung des Beweises, über den Injurien der Eyd deferiret wird, den Rtr. zu endlicher Bestärkung seiner Denunciation &c. vertheilen, 2.) Cum naturali ordine nequaquam pugnat, ut iudex, qui ex officio procedere iussus est, ante omnia de probationibus sollicitus sit, et num delictum probari possit, antequam ulterius procedat, probe expendat. 3.) Reorum ut plurimum esse fugere, nec facile confessio speranda. Neque in profanationem diuini nominis potest uergere, si testes super ueritate examinentur, et in primis omnes circumstantiae sollicito ab iis exquirantur, quibus aut reus possit grauari magis, aut etiam iuari. 4.) Reus non solum super circumstantiis ab actore, sed etiam a testibus relatis, debet examinari, quod fieri non potest sine praeuio examine testium, contra ea Reo, post examen, licet, aut petere, ut testes super exceptionibus denuo examinentur, aut nouos testes, eosdemque defensionales, denominare. 5.) depositio testium confessionem rei fictam iuuat, nec omnino frustranea illa est, cum Iudex ita minori cum haesitatione depre-



deprecationem, et poenam, imponere queat, quam si delictum plane incertum sit. Accedit, quod 6.) non conueniat cum indole des Rügen Processus, ut a responsione rei initium litis fiat; quod 7.) cum aequitatis ratione uideatur pugnare, reum nondum, ne quidem ad purgatorium, grauatum, negato, sufficienti spatio statim sub praeiudicio in Ius (*et quidem zur Vernehmung*) uocari. Quamuis, si haec non obseruata, et reus statim sub poena confessi, et conuicti, citatus fuerit, ob contumaciam nihilominus pro confessio, et conuictio, haberi posse, uideatur.

## §. V.

Nullibi autem requiritur, ut denunciatio, et fundamentum actionis, per testes plene probetur, sed sufficere potest uel unius testis depositio, eo effectu, ut denunciatus citari possit. Vnicus enim testis iniuriantem, minimum ad purgatorium, grauat, et maioris omnino momenti est unicus testis iurata depositio, quam ipsius denunciantis confirmatio iurata denunciationis, quae sola tamen ad id, ut reo purgatorium dictiretur, sufficit. Verba *Mandati Regii de d. 4. Mart. 1716.* quae huc pertinent, illa sunt: *Dagegen in den Casibus, wo in Ermangelung des Beweises über denen Iniurien der Eyd deferiret wird, den Klr. zu endlicher Bestärkung seiner Denunciation, und, nach dessen Erfolg, Befehl. zu Leistung des Purgatorii, vertheilen.* Neque etiam necessarium semper est, ut testes omnes circumstantias denunciationis affirmant, siue ut denunciatus circumstantias illas, quas testes ignorarunt, iuramento suo corroboret, cum sufficiat, si testes de una, alteraue iniuria, deponant.

## §. VI.

Contra ea, si testes plane non deponant, quae denunciatus expectauerat, adhuc integrum ipsi est, denunciationem



ciationem iuramento suo confirmare. Quod enim ab ini-  
tione denunciante licebat, ex post facto, sine sufficienti ra-  
tione, illi non debet denegari; plane, ut etiam existimem,  
post responsionem quoque rei, actorem ad hoc iuramen-  
tum admitti posse. Quamuis enim alias, post litis conte-  
stationem, iuramenti delatio locum non habeat, in hac ta-  
men extraordinaria procedendi ratione alia omnia obti-  
nere, et dispar omnino confirmatae iureiurando denuncia-  
tionis, et iuramenti delationis, quae ad certa fatalia adstri-  
cta est, ratio esse, uidetur.

§. VII.

Sed et, omissis aliis probationibus, statim reus ad  
iuramentum potest confugere. Non enim obstat, quod  
1.) in *mandato regio de dat. 4. Mart. 1716.* iurata confirmatio  
solum in subsidium, deficiente probatione, permessa esse  
uideatur, uerbis: *Dagegen in den Casibus, wo, in Ermahn-*  
*gelung des Beweises, über denen Injurien der Eyd deseriret*  
*wird, den Bekln. zu endlicher Bestärkung seiner Denun-*  
*ciation, vertheilen,* quod 2.) odiosum sit, denunciantem fa-  
cere aut iudicem, aut testem, in propria causa, et quod  
3.) cum periculo periurii, a parte rei metuendi, non o-  
mittendum sit, quod ad causam pertinere iudicatur, im-  
primis, cum iudex huius periurii per *c. s. caus. 22. qu. s.* ipse  
reus fiat.

§. VIII.

Dum enim, quoad 1.) memoratum mandatum iura-  
tam confirmationem in locum iuramenti delationis sur-  
rogat, id simul praestat, ut semper locus ei sit, non habita-  
tione, aut testium, aut documentorum, quibus inten-  
tionem suam confirmare actor poterat. *L. 25. §. penult. ff.*  
*de probat. et praes. L. 38. ff. de Iureiur.* Neque uerba illa:

B

in



in Ermanglung des Beweises, id euincunt, ut actori in eum Casum, ubi testes non deficiunt, non permillum esse debeat, omilla probatione, ad iuramentum confugere, cum uerba illa inter dispositiua referri nullo modo possint. Neque, quod 2.) attinet, cuiusquam magis, quam ipsius denunciantis, praeiudicium, in eo uertitur, si, omilla probatione, solo suo iuramento, ad purgatorium reum uelit grauari, cum, susceptis probationibus, plene fortasse reus conuinci potuisset; neque 3.) frustranea est confirmatio iurata denunciantis, cum efficiat, ut iuramento purgatorio Reus oneretur. Vtrum autem actor, qui denunciationem iuramento confirmauit, postea, si reus iuramentum purgatorium praestare paratus sit, alios etiam testes nominare, et eorum examen petere possit, id equidem in medio relinquo, quamuis, ob metum periurii, non improbabilis uideatur illa sententia, quae, hoc quoque casu, testes admittit. Neque obstat, quod iuramenti delatione, et testibus, super eodem articulo, uti, non liceat, quum non haec proprie sit iuramenti delatio, sed instar eius tantum sit, et dispar omnino huius Processus ratio, quam illius, quo alias causae in iudicio peraguntur.

## §. IX.

Vtrum autem iuramentum illud denunciantis, de quo diximus, de credulitate solum possit praestari, memini, disceptatum esse. Qui neganti sententiae subscribunt, eam rationem urgent, quod, quia cum regulis iuris communis iam pugnet, denunciantem facere testem in propria causa, id in tantum non extendendum sit, ut denuncians ad hoc iusiurandum admitti debeat, si de ueritate id praestare non possit. Nec testes quidem admitti, nisi, qui aut praesentes fuerint, aut certam facti habeant scientiam,

*nonif-*



*nouissimo Mandato d. Duellis §. 20.* Multo minus igitur actori posse permitti, ut de credulitate iuret. Contra ea, qui affirmatiuam tenent, urgent, 1.) quod *Mandatum regium de dat. 14. Mart. 1716.* iuramentum denunciantis admittat, nullo habito discrimine, an de ueritate, an saltim de credulitate, praestari illud possit, 2.) quod ad id, ut reus ad purgatorium grauetur, leuiore probationes requirantur, et quod satius sit, denunciantem sine mora ad iuramentum. admittere, quam per examen testium causam remorari; ego nihil ausim definire, crediderim tamen, regulariter actorem de ueritate iurare debere, nisi forte de circumstantia agatur, de qua non, nisi de credulitate, iurari potest e. g. si animo iniuriandi dictum factumque quid a Reo esse, assereret. Qua in re, ut in aliis, multum prudentis iudicis arbitrio est relinquendum.

§. X.

Quod si autem plures testes a Denunciante nominentur, sufficit, ante citationem, unius testis depositio, reliquorum differri potest, usque dum a reo facta sit responsio. Explorari enim ab unico etiam teste omnes circumstantiae, quae reum grauant, possunt, unius testis depositio tantum, et plus etiam ualet, quam iurata denunciantis, quae sola tamen sufficit, confirmatio. Satius etiam est, reliquorum testium examen post responsionem reseruare, ut et sumtibus parcamus, et iuramento ne testes sine necessitate oneremus, atque ambages etiam, quas examen testium, alienae in primis iurisdictioni subiectorum, iniicere solet, quoad id fieri possit, euitemus.

§. XI.

His ita obseruatis, tandem Iudex, nisi capturae statim, pro ratione delicti, locus esse possit, ad citationem



nem deuenire solet, quae, ex praescripto nouissimi, de Duellis, Edicti statim sub praesidio expeditur, et solummodo spatium quatuordecim dierum continet, a tempore insinuatae citationis computandum. Verba *memorati Edicti* haec sunt: So soll der *Terminus citationis* mehr nicht, als eine vierzehentägige Frist, von der *Insinuation* an zu rechnen, in sich halten, auch die Ladung alsobald *sub poena confessi, et conuicti*, geschehen. Si denuncians documenta denunciationi adiunxerit, et illa recognoscenda sint, poterit, et debet, reus, sub poena recogniti, ad recognitionem documentorum citari. Quod si non omnia denunciationis capita ex documentis probari queant, iungi debet comminatio, sub poena confessi, et conuicti, ut reus, si non compareat, possit condemnari, *facit d. Edictum §. 22. uerb.* und so dann, bey unterbleibender Erscheinung, die *Condemnatoria* erfolgen. Tenor citationis hic esse solet: Es solle Befrh. so dann erscheinen, sub poena confessi, et conuicti, auf die wider ihn überreichte Denunciarion sich einlassen, und zugleich die hierbey inducirten Documenta sub poena recogniti recognosciren.

## §. XII.

Prorogari posse terminum ex iustis causis, in primis, si legitima impedimenta a reo deducantur, et summariter probentur, nullum omnino superest dubium, in primis, cum *uouissimum de Duellis Edictum §. 22.* exceptionem impedimenti legitimi, etiam post condemnatoriam, admittat, *uerbis*: doch bleiben die *Exceptiones non rite factae insinuationis, impedimenti legitimi*, und dergleichen *ic. dem Geladenen billig vorbehalten.* Quod si autem hoc impedimentum allegatum aut non legitimum iudici uideatur, aut non demonstretur, iudex non tenetur terminum prorogare



rogare, quamvis forte denunciatus contra lapsum termini, et denegationem petiti, appellauerit. In causis enim iniuriarum, per expressam dispositionem Regii Edicti, de Duellis, §. 59. remedia suspensiuæ, et deuolutiuæ, inadmissibilia declarantur. Iudex tamen inferior tenetur causam ad Superiorem referre, quum iudicis superioris sit, inadmissibilem etiam appellationem reiicere, et pro inadmissibili declarare. Reiecta uero appellatione, citatus pro confesso, et conuicto, habendus uidetur, dum alias ei facile sit, interposita appellatione, remorari processum, et quam plurimas dilationes obtinere. Sed fatius est, hoc casu iurisperorum sententiam, aut Principis decisionem, expectare.

§. XIII.

In termino ut denunciatus etiam compareat, iniuriantem prouocet, et denunciationem repetat, necesse non est, imo potius hoc pugnat cum indole des Rügen Processus, ubi solus iudex, subducto actore, ex officio procedit. Neque adeo etiam aut contumacia denunciantis, si emanat, a reo rite accusatur, neque si uterque litigantium emanat, terminus pro circumducto poterit haberi. Imo ne quidem opus esse uidetur, ut rei, emanentis, contumacia a denunciante accusetur, adeo, ut si nihilominus prouocet, et contumaciam accuset, actor, aut etiam cum reo procedat, mit ihm ordentlich verführet, expensas minus necessarias faciat, quas a reo repetere non potest.

§. XIV.

Quod si in termino reus non compareat, et citatio ei rite insinuata, et legitimum spatium complexa fuerit, pro confesso statim, et conuicto, idem declaratur. Verba Edicti Regii per satis clara sunt, und so dann, bey unter-



bleibender Erscheinung, die *Condemnatoria*, nach Anleitung der *Denunciatio*, erfolgen. Dubium mouere poterant ultima uerba, nach Anleitung der *Denunciatio*, ubi iudex iubetur, reum, iuxta ductum denunciationis, condemnare, cum tamen superius dictum fuerit, non opus esse speciali petito, et, ut uel ad deprecationem, uel ad recantationem, illud dirigatur. Sed hoc dubium facile tolli poterit, si haec ultima uerba mandati Regii, quod res ipsa postulat, non de petito, sed de circumstantiis Denunciationis, intelligas, adeo, ut pro illarum grauitate, aut leuitate, poena grauior, et leuior, et nunc deprecatio, nunc recantatio, debeat iniungi. Utrum autem cum contumace, quando pro confesso, et conuicto, ille declaratur, hodie adhuc mitius agendum sit, quam cum eo, qui comparuit, et iniuriae conuictus fuit, quae doctrina est, *Carpz. qu. 94. n. 90. et D. Berger. in El. Iurisprud. crim. p. 83.* alii uiderint, ego sane dubito, an ea sententia Mandato nouissimo Regio omnino conueniat.

## §. XV.

Purgari tamen potest contumacia, si reus probationem legitimorum impedimentorum suscipiat, aut alia ratione contumaciam purget. Verba *Edicti*, quae huc spectant, addo: Doch bleiben die *Exceptiones*, non rite factae *insinuationis*, *impedimenti legitimi*, und dergleichen, (u. gr. quae eiusdem naturae sunt, ut iudicium aut retro nullum faciant, aut absentiam legitime excusent,) dagegen kurzlich, und ohne Proceß, zu deduciren, dem Geladenen billig, vorbehalten. Hinc non est dubium, quin u. gr. *Exceptio feriarum*, et similes, idem etiam operentur. *Exceptionem* tamen litispendentis, et similes, factus est, in termino, ante responsionem, urgere. Allegantur autem post



post sententiam exceptiones, quas *mandatum Regium l. c.* admittit, non leuteratione interposita, quae remedia ex dispositione §. *sq.* nullo modo admittuntur, sed saltim simplici aut deductione, aut defensione, quae etiam, elapso, a tempore publicatae sententiae, decedio, ad huc admittitur, cum huiusmodi sententiae non censeantur transire in rem iudicatam.

§. XVI.

Tenetur autem reus, in termino primo, in persona, quod aiunt, comparere, Procurator eius non admittitur, imo nec cum Procuratore accedere debet. Verba *Mandati Regii de dat. 4. Mart. 1714.* quod hanc causam decidit, ea sunt: Die *Aduocaten* auch, wenn ihnen so schlechters terdings, ohne dem *Denunciaten*, hierbey zu erscheinen nachgelassen wird, den Verschleiff der Sachen, selbigem zu gute, in alle Wege suchen, und mit ermanglender *Instruktion*, und Wissenschaft derer Umstände, so wohl sonst in andere Wege die *Termine* zu eludiren trachten würden; Als verordnen Wir gnädigst ic. ihr wollet auff Zulassung derer *Gevollmächtigten* nicht sprechen; Vtrum autem haec legis dispositio ad denunciantem etiam extendi possit, ita, ut et ab huius parte comparitioni per Mandatarium locus esse nequeat, dubium uideri poterat, inprimis propter generalitatem ultimorum uerborum *Mandati Regii*, quae commemorauimus, quaeque ad denunciantem aequae applicari debere, uidentur. Sed, hac in parte, locum posse esse ulli scrupulo, non arbitramur, si antecedentia mandati cum consequentibus connectamus, ex quibus elucescit, quod de reo, eiusque Procuratore solum, sermo sit. Neque facile rationes legis ad denunciantis Procuratorem possunt applicari, qui nihil agit, quam ut denuncia-



nunciationem Iudici tradat, quid fiat a Reo, audiat, et causae cognitionem maturari, petat. Imo, quum, quod diximus, auctori integrum sit, plane non comparere, multo minus dubitandum est, quin sufficiat ei, per procuratorem se sistere, et litis euentum expectare.

## §. XVII.

Si reus compareat, respondere tenetur, *er wird vernommen*, et quidem non solum ad capita, in Denunciatione expressa, sed etiam ad ea, quae ex depositione testium ipse adhuc eruit Iudex. Summarium est hoc examen, nec ad positiones, aut articulos, fit, ne Processus noster in processum inquisitionis degeneret, instar tamen litis contestationis est, quod ad perpetuationem actionis, similesque effectus, attinet. Litis contestatio autem, proprie sic dicta, siue responsio, Iudice non interrogante facta, hic non obtinet, sed plane negligitur, ita, ut reus, nisi Iudici ipse respondeat, ea nihil obstante, pro confesso, et conuicto, declaretur. Exceptiones tamen suas huic responsioni poterit annectere, nec dubitamus, quin, si, circa hoc negotium, consilio peritorum uti uelit, id ipsi, propter fauorem defensionis, indulgendum sit, cum exceptiones saepius in Iure consistant, cuius reus ut plurimum expertus est, nec ipsius omnino sit, exceptiones eo ordine, iisque uerbis, recensere, quae ad causam pertinent, neque ipsi, tanquam parti, cuius fauor in Iure magnus est, per *L. 41. et 125. ff. de R. I. L. 4. et ult. C. de edend. id inuidendum sit*, quod denunciante in componenda denunciatione ultro licuit.

## §. XVIII.

Vtrum autem, reo excipiente, denunciante etiam ad responsionem, *zur Einlassung auf die Exceptiones*, et quidem



dem eodem concessio spatio, et sub praeiudicio, possit citari? num Exceptiones etiam a reo iuramento prius confirmandae sint? et Denuncians hoc iuramento rei ad purgatorium grauatus dici queat? meminimus disceptatum esse. Pro aiente sententia militare uidetur fauor rei, cuius partes non debent esse duriores, quam partes denunciantis. Negans autem sententia non leuioribus nititur rationibus. Cum solo enim Iudice reo, ex indole *des Rügen Processen*, subducto actore, negotium est, cui deferri iuramentum non potest, sed et hoc Iudicium iuramenti delationem plane respuit, nouissimum de Duellis Editum de Exceptionibus, eodem modo, quo de denunciatione, haud disponit, imo eiusmodi procedendi ratio Processum iniuriarum plus retardaret, quam, si ordinario modo causa tractaretur, inprimis, si denuncians intuitu replicarum, reus autem duplicarum, idem ius de nouo postularet. Ergone reus Exceptionibus suis, quas, deficiente probatione, aliter non, quam per Iuramenti delationem probare poterat, omnino excidet? Non puto, sed, inprimis, si aliqua specie probabilitatis nitatur exceptio, aut suppletorio, aut purgatorio, opus erit. Expectat tamen haec, quod fateor, controuersia Principis Decisionem.

## §. XIX.

Si reus negatiue responderit, neque probatio, et reprobatio, neque demonstratio, aut contra-demonstratio, a Iurisperitis decernitur, sed, si testes nondum rite examinati sint, nec denunciatio iuramento confirmata, Iudici ipsi iniungitur, ut, aut testes reliquos examinet, aut iuramentum denunciantis exigat, ita tamen, ut, ultimo casu, ex praescripto *Mandati nostri*, statim, eadem sententia,

G

tia,



tia, reo in euentum, purgatorium dicitur. Probationes, aut demonstrationes, ad iudicium hoc, zum Rügen-Process nicht pertinent, et hinc multo magis solennis productio testium, cum articulis probatorialibus, cessat, imo et interrogatoriis rei plane locus denegatur. Integrum tamen est actori, imprimis, si testes sub aliena iurisdictione degant, illos alii iudici examinandos sistere, et rotulos exhibere. Id quod reo etiam licere, existimem, cum Processus celeritatem non remoretur. A Iudice autem, coram quo lis pendet, testes, absque omnibus solennitatibus, wie bey denen Rügen, iurato tamen, examinantur. verba *Mandati* haec sunt: Daß in Zukunft eine bloße Denunciation &c. mit 10. Benennung der Zeugen, zu summarischer endlicher Bestärkung, statt haben, auch hierunter 10. nach Art des in hiesigen Landen hergebrachten Rügen-Processes, summarisch verfahren werden solle.

## §. XX.

Neque etiam, a parte rei, locus est reprobationi, aut contra-demonstrationi, quae, negata probatione, et demonstratione, tanquam correlata, locum non habent, et iudicio huic, quod uocatur das Rügen-Gerichte, plane non conueniunt. Defensionales tamen testes iudici sistere, non prohibetur, qui eos, summariter tamen, et sine ambagibus, examinare omnino debet, cum *Mandato Regio* §. 50. ea, quae reo profutura uidentur, etiam ex officio exacte explorare, iubeatur, Doch haben die jedesmahligen Richter alle Umstände, so auch dem Beschuldigten zu gute kommen könnten, genau zu erkundigen, selbige wohl zu erwägen, und was hierzu dienlich, ex officio zu beobachten. Multo minus autem locus esse potest defensionis con-



ni conscientiae per probationes, der Gewissens Vertretung, quae, uti in causis civilibus inutilis ut plurimum est, ita non parum Processus celeritatem remoratur. Expressa ea de re extat sanctio in mandato Regio d. 4. Mart. 1716. uerbis: Die Gewissens Vertretung aber bey dergleichen summarischen Verfahren, nach Art des Rügen-Processus, da, nach mehrerer Vorschrift des 59. Spbi allenthalben *de simplici et plano, sola rei ueritate inspecta*, zu verfahren, umb so viel minder zu verstaten seyn will, als ausser dem auch bey *civil*-Processen, wo Gewissens Klagen angestellet sind, gnugsam zu Tage lieget, was vor schädlicher Verschleiß sothaner Prozesse, durch Gelegenheit der nachgelassenen Gewissens Vertretung, gemeinlich zuwächst, *ic. fast niemahln aber des Richters Intention darbey erreicht, oder der Beweis und Bescheinigung dadurch gnüglich verführet wird, mithin es am Ende gleichwohl auf Abschwörung des Endes anzukommen pfleget: Also verordnen Wir, Ihr wollet ic. auch auf die Gewissens-Vertretung mit Beweis forthin weiter nicht interloquiren.*

## §. XXI.

Disputationes quoque probationum hic cessant, cum ad Processum solennem spectent, qui in his summarijs cognitionibus omnino exulat. Verba Mandati, quae huc spectant §. 22. illa sunt: Doch bleiben die *Exceptiones &c.* da gegen fürzlich und ohne Proceß zu *deduciren*, dem Geladenen billig vorbehalten. Quin tamen reo ante sententiam aliquando defensio concedi possit, propter memorata uerba, non equidem dubitauerim. Cum enim et ipse Iudex, ex officio, ea, quae rei causam adiuuant, explorare, et attendere teneatur, quidni et integrum ei esse credamus,



damus, defensionem rei admittere? Sane, post sententiam non, nisi graues ob causas, defensionem admittit *mandatum Regium de A. 1712. §. 59.* Ante sententiam uero eam prohiberi, ex hac constitutione, uix est, ut colligere liceat, sed, cum dubia sit legis sententia, satius forte fuerit, suspendere iudicium, et, in causa dubia, Legislatoris decisionem expectare. Caeterum defensionibus quatuordecim dierum spatium is, quem antea allegaui §. 59. definit, cuius terminos neutiquam Iudici integrum est prorogare.

## §. XXII.

Per sententiam aliquando reus simpliciter absoluitur, e. g. si denunciatus per testes nihil probauerit, et denunciationem iuramento confirmare detrectet, aut exceptiones rei tantum momenti, ut intentionem actoris plane excludant, qualis est, exceptio praescriptionis, quae circa ipsa Duella quidem §. 34. *Mandati Regii* plane sublata est, in leuioribus autem iniuriis omnino locum habere, uidetur. Quod si igitur reus per sententiam absoluitur, denunciatus regulariter expensas ei restituere compellitur, nisi forte ex parte tantum absolutoriam sententiam obtineat, ut, si per oppositam exceptionem remissionis a deprecatione liberetur. Hoc enim non impedit, quo minus et arbitrarie puniri, et in expensas condemnari, possit. Facit huc *Mandatum Regium §. 17.* uerbis: *bestünden aber die Injurien nur in Worten, Geberden und Bedrohungen etc. oder es würde auf immediate vorhergegangene Beleidigung nur mit der Hand geschlagen; So ist zwar eine priuat- Vergleichung unter denen Interessenten nachgelassen etc. es fället auch so dann die s. 3. exprimirte Abbitte hinweg; Nichts desto minder aber bleibet doch dem Richterlichen*



lichen Amte, wenn die vorgegangene Begünstigung sonst fund wird, die Bestrafung allerding's vorbehalten.

## §. XXIII.

Quod si denunciatus iniurias plene non probaverit, Iudex denunciati quandoque suppletorium dicitur, si circumstantiae probabiles id exigunt, aut permittunt. Ea de re expresse disponit §. 59. wie dann, und wann es sonst an gnugsamer Beybringung ermangeln möchte, entweder dem Beleidigten das *Iuramentum suppletorium* &c. nach *Probabilität* von denen vorkommenden Umständen, aufzuerlegen, nachgelassen seyn soll. Non autem sine gravi causa Iudex ad suppletorium actorem admittere potest, scilicet si denunciatio aut semiplene, aut plus quam semiplene, probata sit, aut metus periurii non relinquat iuramento purgatorio locum. Quod si actor suppletorium praestare nequeat, causa cadit. Cum vero in hoc processu cessent omnes fatalium ambages, facile apparet, nec oblationem ad iurandum exigi. Poterit autem hoc iuramentum suppletorium etiam ab ipso iudice decerni, quum *Mandatum Regium* arbitrium ei relinquat, utrum ipse sententiam dicere, an a Collegiis Iudiciorum velit expetere. Neque contra huiusmodi decretum, aut sententiam, suspensivum remedium locum habet, et defensio quoque non facile conceditur, nisi luculentae sint in promptu probationes, propter quas actori nequeat suppletorii praestatio permitti.

## §. XXIV.

Saepe autem fieri solet, ut reo purgatorium dicitur, quod sane locus *Edicti*, praecedente thesi allegatus, non obscure approbat, verbis: oder dem Beleidiger das *Purgatorium*, nach *Probabilität* von denen vorkommenden



fommenden Umständen, aufzuerlegen. Atque huic iuramento locus est, non modo, si indicia tantum leuiora, aut minus quam semiplena probatio, reum suspectum reddant, sed et aliquando, si semiplene iniuria probata sit, aut magis etiam quam semiplene, ut puta, si actor de ueritate iurare nequeat, sed tantum alieno testimonio fidem habeat, aut, si de animo iniuriandi non satis constet. Quod si grauibus reus suspicionibus urgeatur, et periurii sit metus, poterit, pro circumstantiarum, et personae, ratione Clericus adhiberi, qui iuraturum admoneat, et periurii poenas, et grauitatem, exponat. Regulariter autem, in primis, si, ob leuiores iniurias, iniunctum sit purgatorium, et periurii suspicio deficiat, non adhibito Clerico, solius Iudicis praeuia admonitione, reus ad iurandum admittitur.

## §. XXV.

Vt plurimum autem sententiae, qua purgatorium iniungitur, euentualiter simul poena, in casum, non praestiti huius iurisiurandi, irroganda, solet adiaceri, modo ea sit intra perpetuam relegationem; Quod non solum circa iniurias, sed in aliis etiam delictis obtinet. Peculiare ea de re Potentissimi Regis nostri *mandatum* extat *de die 5. Iun. A. 1711.* cuius uerba potissima sunt haec: Als finden Wir zu desto mehrerer Verkürzung derer *Inquisitions-Processse* &c. vor nöthig, und dienlich, daß, wenn hinführo, in Untersuchungs- oder *Inquisitions-Sachen*, auf das *Iuramentum purgatorium* gesprochen wird, nach denen Worten: Er schwöre nun solches oder nicht, die Straffe, wenn solche nicht allzu hoch, sondern nur unter die ewige Landes-Verweisung käme, womit der *Delinquent* auf den Fall, wenn er den Eyd nicht abschwören wolte, oder könnte,



könnte, zu belegen, alsobald von unseren Rechts- Collegiis deutlich mit *determiniret* werde, weil solches so wohl zu Verfürzung unnöthiger Weislauffigkeiten, bey dem *Civil- und Inquisition- Processé*, als auch Vermeidung grosser Geld- Spilterung, und verschiedener Mein- Eyde, ge- reichen kann, doch soll hierbey der *Casus*, wenn der *Delinquent* etwas an dem *Iuramente* einräumen, und nur das übrige abschweren wolte, zu weitem rechtlichen Erkant- niß ausgestellt bleiben, als auf welchen Fall derselbe, wenn er es nöthig findet, folglich mit seiner *Deductio* ein- kommen, und dadurch eine anderweite dritte *Sentenz*, welche sonst nothwendig erfolgen müste, erspahret wey- den könnte. Neque id sine fructu fieri solet, cum hac ratione processus iniuriarum maturetur, multiplicatio sen- tentiarum, et saepius etiam ipsum purgatorium, imo for- te periurium, euitetur, siquidem reus libentius interdum poenae, inprimis, si nimis grauis ea non sit, submittit, ut iurandi necessitatem, et periurii suspicionem, declinet. Ceterum *D. Berger. in Oeconom. L. 4. T. 23. n. 13. p. 1200.* tradit, in crimine leui, reum, si mitius puniatur, etiam ex solis praesumptionibus posse condemnari. De quo, uti non immerito dubitamus, ita, quo minus ad processum no- strum iniuriarum id applicari possit, uel solum *mandatum Regium* prohibet, quod, si plena probatio deficiat, non condemnare reum, sed aut purgatorium, aut suppletori- um, partibus iniungere, iubet.

## §. XXVI.

Id uero uix est dubium, quod solum denunciantis iuramentum ad id sufficiat, ut reo possit purgatorium di- ctari. Confirmat hanc sententiam *Mandatum Regium de d. 4. Mart. 1716. uerbis*: Dagegen in den *Casibus*, wo, in Er- mangelung



mangelung des Beweises, über denen *Iniurien* der *Eyd* *deferiret* wird, den *Rtr.* zu eydlicher Bestärkung seiner *Denunciation*, und, nach deren Erfolg, *Befl.* zu Leistung des *Purgatorii*, vertheilen. In *causis* autem *gravioribus* solam *denunciationem*; *iuramento* *confirmatam*, non *semper* id *efficere*, *existimo*, ut *purgatorium* *inculpato* *iniungi* *possit*, *inprimis*, si *denuncians* *sit* *eiusmodi* *persona*, *quae* *alias* *ad* *ferendum* *testimonium* *non* *facile* *admitteretur*. *Accedit*, *quod*, *praestito* *etiam* *purgatorio*, *eum*, *qui* *iuravit*, *condemnatio* *in* *expensas* *sequatur*, *quae* *ne* *onerentur* *innocentes*, *ad* *Iudicis* *religionem* *pertinet*, *aestimare*, *quousque*, *in* *causis* *iniuriarum* *gravioribus*, *sola* *iurata* *denunciatio* *purgatorio* *locum* *facere* *possit*.

## §. XXVII.

Num autem contra *sententiam*, *quae* *purgatorium* *iniungit*, *defensio* *aliqua* *concedi* *possit*? *quaesitum* *esse* *recordor*. *Edictum* *nostrum* *Iudicem* *in* *admittendis* *defensionibus*, *post* *sententiam* *etiam* *definitivam*, *non* *adeo* *facilem* *esse* *iubet*. §. *9.* *verbis*: *und* *wollen* *wir* *endlich*, *doch* *nur* *in* *sehr* *wichtigen* *Fällen*, *oder* *auch*, *wann* *sonderliche*, *dem* *Inculpaten* *zu* *Statten* *kommende*, *Umstände* *sich* *von* *neuen* *hervor* *thäten*, *geschehen* *lassen*, *daß* *nach* *publicirten* *Ausspruch*, *oder* *Sentenz*, *derselbe* *mit* *einer* *schriftlichen*, *doch* *kurzgefasseten* *Deduction*, *zu* *deren* *Eingebung* *der* *Richter* *nur* *eine* *einsige*, *und* *zwar* *14.* *tägige*, *Frift*, *zu* *determiniren* *hat*, *annoch* *zugelassen* *werde*. *Multominus* *igitur* *aduersus* *interlocutoriam* *eam* *iudex* *temere* *indulgebit*. *Inanis* *etiam* *plerumque* *conatus* *est* *eorum*, *qui*, *in* *huiusmodi* *causis* *leuibus*, *a* *purgatorio* *cupiunt* *liberari*, *ut* *plerumque* *moram* *tantum* *iniiciant* *causae*, *qui* *aduersus* *sententiam*, *quae* *hoc* *iuramentum* *iniun-*



iniungit, defensionem sibi concedi postulant. Quod si tamen circumstantiae innocentiam inculpati arguant, si spes non dubia sit absolutoriae sententiae obtinendae, non existimem, omnem defensionem esse prorsus denegandam, satius tamen est, hoc casu ad Principem rem referre, et authenticam legis interpretationem exorare.

## §. XXIIII.

Iuramento purgatorio praestito, quis expensas ferat? nunc dispiciendum est. Si res ex indole et natura Processus inquisitorii aestimanda veniret, sine controuersia reus his onerandus foret, nulla habita ratione, utrum nulla, an aliqua supersint, quae animaduersionem mereantur, facta. Ita enim cautum est *novissimo mandatore regio de die 7. Jul. 1717.* Nachdem Wir denen *Iuristen-Facultæten*, und Schöppen-Scrüblen, zu Leipzig, und Wittenberg, Befehl ertheilet, bey vorkommenden *Inquisitionibus*, und andern Verbrechen, wenn auf das *Purgatorium* erkannt wird, auch in denen Fällen, da die *Delinquenten*, nach dessen Abschwörung, von der Straffe *absoluiret* werden, auf Ersetzung derer Unkosten, in Abfassung derer Urtheil, oder *Decrete* zu sprechen; Nicht weniger, bey Einholung rechtlichen Erkenntnisses, iederzeit die Unkosten, welche zu dem Ende von denen Unter-Obrigkeiten jedesmahl *ad Acta* zu *liquidiren* sind, zu *moderiren*. So ergehet hiermit *re.* Unser Wille und Befehl, sich auch ihres Urthes dieses letztern halber darnach gebührend zu achten, und die Verfügung zu thun, daß iederzeit, bey Einholung rechtlichen Erkenntnisses, in dergleichen Sachen, die Unkosten, damit auf deren *Moderation* zugleich mit gesprochen werde, *ad acta liquidiret* werden. In dessen Unterbleibungs-Fälle sie sonst damit weiter nicht *admittiret* werden.

D

den



den sollen. In causas huius constitutionis nostrum non est inquirere, quibus sufficit, ita constitutum esse. Utrum vero hoc ad processum, de quo hic agimus, qui in causis iniuriarum obtinet, extendi debeat, non adeo expeditum videtur. Nam 1.) Processus iniuriarum Saxonicus multis in partibus a processu inquisitionis omnino differt. In hoc 2.) non omnino ex officio Iudex procedit, sed ad implorationem denunciantis. 3.) Purgatorium in hoc processu iuramenti delati instar est, iurata denunciationis confirmatio in locum iuramenti calumniae successit. Sicuti igitur, praestito iuramento delato, expensae compensantur, ita aequitas postulare uidebatur, ut in his iniuriarum causis, praestito iuramento purgatorio, idem obtineret. Sed et 4.) durissimum iudicari posset, reum, qui solo iuramento denunciantis, tanquam testis in propria causa, grauatius est, expensas omnino omnes, praestito licet purgatorio, ferre debere, cum ita in cuiusvis leuissimi hominis potestate sit, periurio suo cuius, praeter alia incommoda, negotium et expensas facessere, et forte adhuc inde lucrum etiam expectare. Cum autem laudati *mandati regii* uerba: *Wenn auf das Purgatorium erkannt wird in antecedentibus bey vorkommenden inquisitionibus und andern Verbrechen*, generalem sanctionem contineant, uix est, ut restringere ea, et has iniuriarum causas excipere, audeamus. Itaque memini, saepius in hoc casu eos, qui iuramentum purgatorium praestiterunt, in expensas condemnatos esse. Atque hoc iure uti nos fas est, usque dum Legislator, cuius solius est, legem authentice interpretari, aliam huius constitutionis esse sententiam, declaret.



## §. XXIX.

Sed, quamuis reus omnes omnino expensas ferre iubeatur, atque adeo etiam ab extraiudicialibus, quas denunciatus fecit, uix se liberare possit, sub his tamen omnibus necessariae tantum intelliguntur. Ita illas expensas, quas prouocando in termino praefixo, et contumaciam non comparentis accusando, testes cumulando, aut per similes ambages, denunciatus fecit, non recuperabit, cum hae expensae inter non necessarias omnino sint referendae. Porro, si Aduocato nimium honorarium dederit, si in itinere, ad Iudicium proficiscens, sumtus immodicos fecerit, frustra restitutionem a reo expectabit. Ut summam dicamus: Omnes illi sumtus a reo restituendi sunt, sine quibus processus rite peragi non potuit, quo referuntur illae expensae, quae secundum legem et consuetudinem Iudiciorum uel Iudicii, eiusque ministris, uel testibus pro uiatico debentur, item quas denunciatus, necessitate cogente, erogauit. *Umm. in Proc. disp. 30. tb. 4. n. 16.* Quo loco non praetermittenda est quaestio, an Commissario causae, ad denunciatus instantiam constituto, soluendi sumtus a denunciato restituendi ueniant? Sane, si Princeps, Commissarium Iudici adiungere, necessarium esse duxerit, etiam has actor recte ab eo repetet, sed, si causa petendi adiunctionem Commissarii iusta defuerit, aut commissio decreta sit sumtibus impetrantis, auff Klägers Unkosten, non est, nostra sententia, reus earum restitutione onerandus.

## §. XXX.

Sententia condemnatoria continet satisfactionem priuatam, et poenam. Satisfactio priuata restitutionem expensarum, et deprecationem aut recantationem, aestimata



toria actione plane abolita, comprehendit. Circa expensas dispositum est in *Mandato nostro* §. 23. 1.) quod restitutio expensarum extraiudiciales etiam, quod diximus, complectatur, 2.) circa extraiudiciales Iudex, in iis moderandis, modum seruare, 3.) ad solutionem ultra 14. dies reo non indulgere, caeterum autem 4.) tum Iudex, tum testes, ne processui remora exinde eueniat, ante sententiam definitiuam nihil, aut a denunciante, aut a reo, expensarum nomine exigere, 5.) liquidationem tamen ante sententiam ad Acta referre, et moderationem earum expectare debeant. Circa deprecationem autem, et recantationem, id singulare habet *Mandatum regium* §. *allegato*, quod, in iniuriis grauioribus, de quibus supra actum, si actor id exigat, super actu impetratae satisfactionis priuatae, iudicialis recessus, sub nomine, et sigillo Iudicis, confici, et actori tradi debeat. Poena alia est lege definita in casibus, mandato Regio expressis, alia arbitraria, ut in iniuriis leuioribus, quae secundum *Ordinat. politicam*, nach der *Policey-Ordnung*, dirimuntur.

## §. XXXI.

Contra hanc sententiam leuerationi plane locus non est, sed neque etiam Appellationi, si lis coram Iudicibus uentiletur, quos Potentissimus Legislator §. 58. *Ed. de Duell. no. 1. 2. 3. 4.* constituit. Verba *mandati* §. 59. eam in rem clara sunt: *Dahero auch in denen Fällen, wo die cognition nach Inhalt des 58. §. sub N. 1. 2. 3. und 4. von denen von Uns niedergesetzten und geordneten Richtern geführt wird, keine remedia suspensiu, et deuolutiu, Appellationes, oder Protestationes, zulässig sind.* Ratio, cur nec Appellationes admittantur, ea esse uidetur, quia omnes illi Iudices, de quibus §. 58. *no. 1. 2. 3. 4.* sermo est, uice Potentissimi  
mi



mi Regis funguntur. Ea uero dispositio, quod Appellatio locum in causis iniuriarum inuenire nequeat, in fine memorati §. solum ad Iudices. §. 58. n. 1. 2. 3. 4. commemoratos restricta uidetur, uerbis: bey dem (nemlich was auf die Defension erkannt) es aber vor denen Iudiciis, wo, vorstehender massen, keine weitere Appellation statt findet, so dann sein gänzlich Verbleiben hat, ita, ut in Iudiciis inferioribus incumbat officio Iudicis, appellatione interposita, rem ad Principem referre, et reiectionem appellationis expectare. Iudices autem intermedii in huiusmodi causis appellationem admittere non poterunt, sed reuicere omnino tenebuntur, quum in doles processus huius nec Leutationes, nec Appellationes, permittat.

§. XXXII.

Neque tamen in rem iudicatam haec sententia transit, sed et corrigi adhuc, elapso decendio, potest. Quod enim elapso decendio sententiae uires rei iudicatae consequantur, id ad illas saltim sententias pertinet, ubi parti cum parte res est, non ubi parti cum Iudice, ex officio procedente. Imo processus noster, das Rügen Gericht, hoc decendium ignorat, nec admittit, quod uel exinde patescit, quia in §. 59. nou. de Duell. Edict. ad exhibendam defensionem, 14. dies indulgentur. Quod si defensio reodenegetur, sententia statim uires rei iudicatae habebit, et executioni poterit mandari.

§. XXXIII.

Vtrum autem defensio haec reo concedenda sit, arbitrio Iudicis relinquit Mandatum Regium, sed ita tamen, ut non aliter Iudici hanc potestatem faciat, quam si causae grauitas, aut circumstantiae, id postulent, nur in sehr wichtigen Fällen, oder auch, wenn sonderlich dem inculpa-



zen zu statten kommende Umstände sich von neuen her-  
 vorthäten. Huiusmodi igitur si circumstantiae adsint,  
 non est deneganda reo defensio, etiamsi iam ante senten-  
 tiam alia fuerit ei concessa. Quod si triuola uideatur rei  
 petitio, et nullae iustae defensionis allegentur causae, re-  
 ste iudex etiam inferior eam negabit. Si causa sit dubia,  
 poterit uel Iurisperitos consulere, uel causam ad Princi-  
 pem referre. Ceterum uideas denunciante inter dum  
 postulare copiam defensionis, a reo oblatae, in eaque re-  
 futanda operam collocare. Et poterat sane, cum hoc  
 iudicium quodammodo mixtum sit, et priuatam etiam  
 satisfactionem persequatur, non iniusta uideri eorum pe-  
 titio. Sed cum *Mandatum Regium* omnem moram in hoc  
 processu recidere iubeat, et ipsa aequitas postulet, ut,  
 aduersus actoris replicam, reo ulterior defensio conce-  
 datur, defensiones uero cumulare lex prohibeat, satius  
 equidem fuerit, has ambages euitare.

## §. XXXIV.

Deprecatio an fieri possit per Procuratorem? olim  
 disceptatum fuit. Rationes affirmantium collegit *Fin-  
 ckelth. in Obseru. posthum. ult.* qui imprimis urgent, 1.) quod  
 Procuratores ubique, nisi per specialem legem id inter-  
 dictum sit, admittantur, 2.) quod in causis iniuriarum  
 tam lre Ciuili, quam Saxonico, Procuratores non prohibe-  
 antur, 3.) quod Ordinatio Curiae Supremae Prouincialis de  
 A. 1549. rubr: von *Schmäh*; Sachen non praecipiat, ut decla-  
 ratio in causis iniuriarum praecise et necessario ab ipso Reo  
 fieri debeat, 4.) quod Procurator, si speciali mandato sit in-  
 structus, etiam actus maximi praeciudicii possit expedire, 5.)  
 quod personarum aliqua habenda sit ratio, et iniquum ui-  
 deatur, Illustres aut magnae auctoritatis uiros adigi, ut a quo-  
 nis



uis leuiore homine coram praesentes ueniam iniuriae ipsi petant, 6) quod aëtoris nihil intersit, utrum a reo in persona, an per ipsius mandatarium, speciali mandato instructum, reparationem honoris consequatur. Denique 7.) quod obseruantia fori Procuratores admittat, quam in rem praecidia Curiae Prouincialis Lips. adducuntur.

## §. XXXV.

Verum enim uero, negans sententia iam tempore *Finkelb.* potior uisa est, hodieque merito praeualet. Est enim deprecatio actus personalissimus, ut loquuntur, adeoque per mandatarium expediri non potest, et naturae nihil magis conueniens est, quam ut iniuria eodem modo, quo facta est, tollatur, imo aëtoris quodammodo interest, ut in persona deprecatio praestetur, cum illius, quae per procuratorem fit, non eadem uis sit, ad calumniam et malitiam iniuriantium coerendam. Nec deficit lex, quae id postulet, cum *Ordinatio Curiae Prouincialis*, etiam in sola honoris declaratione, praesentiam ipsius Principalis exigat, uerbis: *erbiethen: öffentlich sagen, conf. Ord. Pol. d. A. 1661. Tit. von iniurien §. 1.* et ab eo, quod minus, ad id, quod maius est, ualide ducatur argumentum. Sed et *Edictum Regium de Duellis §. 2.* et *Mandatam de d. 4. Mart. 1716.* uix dubio relinquit locum, cum in causis Iniuriarum, ex parte rei mandatarius non admittatur. Atque haec sententia nouissime *Rescripto Regio* expresse est confirmata, *de d. 27. Nou. 1719.*

## §. XXXVI.

Praeter deprecationem etiam poena arbitraria reo imponitur, quae in leuioribus iniuriis carceris, aut etiam pecuniaria, esse solet. Si carceris tantum dictata poena sit, utrum a Iudice ea in pecuniariam mutari possit ambigitur. Quod de iniuriarum Causis, et iis, quae *mandato re-*  
gio de



*gio de Duellis* coercentur, dictum uolo. Nam in caeteris delictis notum est, quid *Resolutione Grauarum: de anno 1661. tit. von Insitien Sachen §. 59.* sit cautum. Quod igitur ad nostrum argumentum attinet, existimauerim, non omnium iniuriarum eandem esse rationem. Nam in iniuriis grauioribus, quarum poena propter personarum conditionem, aut facti atrocitatem, ipso *Mandato Regio* definita et determinata est, nec Collegiis Ictorum, nec Iudiciis, quiequam immutare licet. In leuioribus, quarum poena arbitraria est, et quae secundum Ordinationem Politicam coercentur, non est cur dubitem, et Ictos, et Iudicem, carceris poenae multam aut alternatiue addere, aut etiam in illius locum substituere posse. Caeterum speciali *Regio Mandato de die. 27. Ianuar. 1717.* collegia Iuridica iussa sunt, loco carceris, pro uno quoque die 3. dierum operas, imponere, ut Iudici integrum sit, aut multa, aut carceris poena eos coercere, aut etiam, si ita uideatur, ad operas praestandas eos compellere.

## §. XXXVII.

Reconuentioni etiam locus est in causis iniuriarum, sed quae perinde minus solenni processu, ac ipsa causa conuentionis, pertractanda est. Dubito itaque, an quae §. *fin. Tit. 6. Ord. Proc. Sax.* disposita sunt, hodieque usum praestare possint, quum sublata sit in causis iniuriarum litis contestatio et ordinarii Processus ambages. Sed nec fatis certus sum, annon in huiusmodi causis leuioribus conuentionem et reconuentionem pari passu integrum sit tractare? Quod in iniuriis mutuis, imprimis, si uterque, actor et reus, eidem Iudici subsit, minus dubii habet. In caeteris mutata procedendi ratio idem postulare uidetur. Non  
aufim



ausim tamen quicquam definire. Postulant enim et hae controuersiae Legislatoris Decisionem.

### §. XXXVIII.

Haec, quae diximus, obtinent in iniuriis leuioribus, quae iuxta Ordinationem politicam coercentur. In grauioribus causis magis ad Ordinem Processus Inquisitionis procedendum est, ut tamen ea, quae Mandato Regio de Duellis specialiter cauta sunt, sedulo obseruentur. Quae singula pro dignitate argumenti expendere, nunc nec integrum mihi, et ab instituto meo alienum est, quum mihi propositum fuerit, tantum processus, qui in causis iniuriarum obtinet, rationes explicare.

### §. XXXIX.

Caeterum multa, circa hanc ipsam, de qua egimus, procedendi rationem dubia, et non satis expedita, sunt; ita, ut saepius, quam in partem se uertere debeat Iudex, fere nesciat. Rectissime itaque agit, si quoties, ipse dubius haeret, Ictos consulat, et ex illorum sententia procedat, qui iuxta aequitatem, et rationem circumstantiarum *d. Mand. §. 60.* causam decidere, et sicubi forte casus in Edicto memorato non definitus sit, ad Constitutiones Saxonicas, et Ordinationem politicam, recurrere iubentur. Arbitrio etiam Iudicis *d. Mand. §. 59.* relictum est, utrum Ictorum consilio uti, an ipse decernere uelit. uerb: Gleichwie ihnen nicht minder frey stehet, sowohl hierüber, als sonst, rechtlich Erkenntniß einzuhohlen.

### §. XL.

Sed, satius omnino est, in causis dubiis ipsum Principem

E

cipem



34 DE PROC. QVO CAUS. IN IUR. EX MAND. REG. PERAGUNTUR.

cipem adire, et interpretationem ipsius authenticam exorare, quae iuxta §. 59. ab ipso Rege, et a Sanctiori ipsius Consilio, expectanda est. Ipsa etiam Collegia luridica non audent, casus dubios hic definire, imprimis, ubi de interpretatione legis agitur. Haec enim, nisi manifesta sit legis ratio, ad eum pertinet, qui potest Leges ferre. Quod et *Resolutiones Grauarum noniss. §. 49. et Mandatum Noniss. d. A. 1716. d. 7. Mart.* exposcit. Rationes autem, quae in utramque partem militant, allegare, et, quid probabile sit, iudicare, cuilibet puto integrum esse, dummodo in causis definiendis decidendisque priuato arbitrio ne utatur. Qua de re instituti etiam nostri rationem, qui paucis, quid in hac procedendi ratione dubium, et non satis expeditum, uideatur, exponere conati sumus, aequis iudicibus facile nos probaturos confidimus.

T A N T V M.

---

Edicta Regia, in Dissertatione, allegata praeter mandatum, quod Duella coercet, et omnium iam teritur manibus, nunc sequuntur.

I. Demo



I.

**D**ennach Wir aus denen, bey Unserer Landes-Regierung hiß anhero eingelauffener Urtheiln wahrgenommen, daß Unsere Schöppen-Stühle und Facultäten, wenn sie in einer Sache auf das purgatorium sprechen, meistens euentualiter, und mit diesen Formalien:

Der Inquisit schwöre nun solches oder nicht, so denn ergeth seiner Bestrafung halber, was Recht ist,

zu erkennen pflegen, die Straffe aber, worinnen sie bestehen solle, so gleich nicht mit benennen, da ihnen doch aus denen Indiciis des Verbrechen, und sonst exactis, die Sache schon bekannt seyn muß, daß sie auf die Straffe, im Fall der Inquisit alles abzuschwören nicht vermöchte, als bald mit gelangen können, hierdurch aber nur Weitläuffigkeiten, und Unkosten, auch wohl gar periuria verursacht werden, allermassen, wenn der Eyd nicht abgeschworen wird, nicht allein wegen sothaner Straffe, ein anderweites Urtheil eingeholet werden muß, sondern auch der Delinquent, wenn er schuldig, oder zarten Gewissens, aus Furcht der ihm unbekanntten Straffe, die er sich öfters, ob sie wohl auf was weniges ankommt, dennoch übermäßig einbildet, derselben, oder dem Eyde zu entgehen, allerhand Subterfugia und Auffenthalt mit Defension oder in andere Wege sucht, und endlich wohl gar wider sein Gewissen das Iurament abschwöret, durch welche Verzögerung aber denen Ge-richtern, vornehmlich Unseren Aemthern, welche solche Unkosten aus dem Fisco nicht nur zu verlegen, sondern auch wohl gar zu übertragen haben, unnöthiger Aufwandt verursacht wird, da hingegen, wenn so gleich die Straffe bey der alternatiua im Urtheil benennet, der



Delinquent solche lieber tragen, und damit dem Proceſſe, wenn er zumahl ſiget, in der Kürze ein Ende zu machen, als ſolchen unnöthiger Weiſe auf zuhalten ſuchen, oder ſein Gewiſſen graüren würde; Als finden Wir zu deſto mehrerer Verkürzung derer Inquiſitions-Proceſſe, und Erſparung der biſherigen Multiplication derer Urtheil vor nöthig und dienlich, daß, wenn hinführo in Unterſuchungs oder Inquiſitions-Sachen, auf das Iuramentum purgatorium geſprochen wird, nach denen Worten: Er ſchwöre nun ſolches oder nicht ic. die Strafe, wenn ſolche nicht allzu hoch, ſondern nur die ewige Landes-Verweiſung käme, womit der Delinquent auf den Fall, wenn er den Eyd nicht abſchwören wolte, oder könnte, zu belegen, alſobald von Unſeren Rechts-Collegiis deutlich mit determiniret werde, weil ſolches ſo wohl zu Verkürzung unnöthiger Weitläuffigkeiten bey dem Civil- und Inquiſitions-Proceſſe, als auch Vermeidung großer Geld-Spilterung, und verſchiedener Mein-Eyde gereichen kann, Doch ſoll hierbey der Caſus, wenn der Delinquent etwas an dem Iuramente einräumen, und nur das übrige abſchwören wolte, zu weiteren rechtlichen Erkännniß ausgetellet bleiben, als auf welchen Fall derſelbe, wenn er es nöthig findet, ſo gleich mit ſeiner Deduction einkommen, und dardurch eine anderweite dritte Sentenz, welche ſonſt nothwendig erfolgen müſſe, erſpahret werden könnte;

Wir begehren dieſemnach hiermit, ihr wollet euch hinführo bey Abfaſſung dergleichen Urtheil, im Sprechen darnach gehorſamſt achten, oder daferne ihr etwas erhebliches dargegen einzuwenden hättet, Uns ſolches binnen 10. Tagen, von dem Empfang dieſer Unſerer Verordnung an, allerunterthänigſt und pflichtmäßig zu Unſerer ferneren Reſolution vorſtellen, und anhero berich-

ten.



ten. Daran geschicht Unsere Meynung. Datum  
Dresden, am 5. Junii, A 1711.

II.

**S**elbst ist erinnerlich was massen Wir in Unserm vom  
2. Julii 1712. erneuerten Mandate, wider die Selbst-  
Rache, Injurien, und Duellen insonderheit §. 22. allerseits  
solenne und förmliche, in der Policy. Ordnung tit. 5. §. 5.  
nachgelassene Klagen, in Injurien = Sachen, sie seyn ad  
aestimationem, Palinodiam, oder sonsten wie sie wollen,  
zusamt denen Retorsionibus, gänglich aufgehoben, und  
verbothen haben, dergestalt, daß in Zukunft eine bloss  
Denunciation von Seiten des Injuriati, mit Anführung  
nöthiger Umstände, auch Beyfüg- und Anziehung derer  
zur Sache dienenden Schrifften, oder Benennung derer  
Zeugen, so mit zugegen gewesen, oder sonst davon Wissen-  
schaft haben zu summarischer eyndlicher Bestärkung, die be-  
gangenen Injurien dadurch zu behaupten, statt haben, auch  
so wohl hierunter, als sonst bey Injurien = Sachen, und in-  
sonderheit respectu derer Iuramenten, und Zulassung für-  
licher Beybringung der Nothdurfft an Seiten des Be-  
schuldigten, nach Art des in hiesigen Landen hergebrach-  
ten Rügen = Processus, summarisch verfahren; Nichts de-  
stoweniger aber, so wohl auf die, dem Denuncianten zu-  
kommende satisfactio, als Straffe und Unkosten, so fort  
verabschiedet und gesprochen werden solle; Wann Wir  
denn seither verspühret, wie einige derer Rechts = Colle-  
gien Unsers Chur = Fürstenthumbs und Landen, gleich-  
wohl zu Unseren nicht geringen Mißfallen, nicht allein  
wieder die klahre disposition des 49. §. der Neuen Erle-  
digung, durch angemessene Interpretation, und ohne an  
Uns zuvorhero gethane unterthänigste Anfrage, sich un-  
ternommen, obangeregte Worte und Meinung des 22. §.  
dergestalt, als ob hierdurch nicht zwar die vormahls ge-  
wöhnli-



wöhnliche actio aestimatoria, oder ad Palinodiam, sondern allein der modus procedendi ordinarius ac sollemnis, keinesweges aber der ingemein also benannte summarius Processus aufgehoben wäre, auszudeuten, sondern dieselbe auch nach diesem praesupposito in solchen Iniurien-Sachen denen Denunciaten, als so genannten Beklagten, statt der im 22. §. geordneten 14. Tage, wohl Sächsl. oder auch Monaths-Fristen, und sonst unterschiedlichen Verschleiff, auch te zuweilen die Comparition per Mandatarium gestattet, nicht minder die Vertretung des Gewissens mit Beweis in denen diesfalls abgefasten Urtheil nachgelassen, solches aber beydergleichen summarischen Verfahren nach Urth des Rügen-Processus, und da nach mehrerer Vorschrift des 59. §. allenthalben de simplici et plano, sola rei veritate inspecta zuverfahren ist, um so viel minder zuverstatten seyn will, als ausser dem auch bey Civil-Processen, wo Gewissens-Klagen angestellt sind, gnugsam zu Tage lieget, was vor schädlicher Verschleiff sothaner Prozesse, durch Gelegenheit der nachgelassenen Gewissens-Vertretung, gemeinlich zuwächst, fast niemahln aber des Richters Intention darbey erreicht, oder der Beweis und Bescheinigung dadurch gnügligh verführet wird, mithin es am Ende gleichwohl auf Abschwörung des Eydtes anzukommen pfelet, die Aduocaten auch, wenn ihnen so schlechter Dinge, ohne dem Denunciaten, hierbey zu erscheinen, nachgelassen wird, den Verschleiff der Sache, selbigem zu gut, in alle Wege suchen, und mit er manglender Instruction und Wissenschaft der Umstände, so wohl sonst in andere Wege, die Termine zu eludiren trachten würden; Als verordnen Wir hiermit, gnädigst begehrende, ihr wolle, so viel obangeregte Iniurien-Sachen anbetrifft, bey denen in Unsern Chur-Fürstenthumb und Landen vorkommenden, und zu Erholung



holung Rechtlicher Erkenntnißes, an euch gebrachten Fällen, nicht nur auf obgedachte actionem aestimatoriam, oder ad Palinodiam, als welche Wir gänzlich abgestellt wissen wollen, führohin weiter nicht erkennen, noch sprechen, sondern auch alle solche Injurien-Sachen, anderer gestalt nicht, als nach Rügen-Arth, de simplici et plano zu tractiren, veranlassen, auf keine Monaths noch höhere Fristen sentencioniren, sondern es bey 14. Tägigen Fristen bewenden lassen, auf Zulassung derer Bevollmächtigten nicht sprechen, auch auf die Gewissens-Vertretung mit Beweis forthin weiter nicht interloquiren, dagegen in denen casibus, wo, in Ermanglung des Beweises, über denen Injurien es auf den Eyd ankommt, den Kläger zu eydlicher Bestärkung seiner Denunciation, und, nach dessen Erfolg, Beklagten zu Leistung des purgatorii vertheilen, und das Erkenntniß darauf einrichten, so wohl, wo über der Interpretation dieses Unfers Duell-Mandats einiger Zweifel sich ereignen würde, euch deren vor euch selbst nicht unterziehen, sondern bey Uns geziemend hierunter anfragen, euch auch bey anderen Fällen dem oballegirten 49. §. der neuen Erledigung in schuldigen Gehorsam gemäß bezeugen; Daran geschicht unsere Meynung, Datum Dresden, am 7. Martii Anno 1716.

III.

**U**ns ist geziemend vorgetragen worden, welcher gestalt bißhero sich zum öfftern Fälle ereignet, da bey vorgekommenen Verbrechen, denen Delinquenten Gefängniß- oder Geld-Straffe zuerkennt und dictiret worden, welche die letztern abzustatten entweder unvermögend gewesen, oder doch durch deren Entrichtung ihr Weib und Kinder, denen sie es entzogen am meisten betroffen worden, da hingegen das bloße Gefängniß deneme-



nenjenigen, so den Müßiggang liebten, gar nicht unbesquem fielen, sondern sie vielmehr nur in ihrem Troge und Haßstarrigkeit weiter verstärkte, und also bey ihnen vor keine sonderliche Straffe angesehen würde. Gleiche Bewandniß habe es auch mit denen Unkosten, so die Inquiliten und andere Delinquenten denen Gerichten bezahlen solten, wenn sie solche nicht hätten, oder doch von unsern Leuthen dieses also vorzugeben und zu simuliren verhehet würden. Dahero sich denn zum offtern zutrüge, daß solche Delinquenten nicht einmahl das Kost- und Sitzgeld entrichteten, sondern dessen beständig sich weigerten, und so denn die Gerichten dieses Onus über sich nehmen müßten; Woraus denn allenthalben elatio iudiciorum und contemptus poenarum erfolgete.

Wann Wir denn in Erwegung dieser Umstände, und da ohnedem bereits in Unsern Aemtern ein gleiches beobachtet wird, gnädigst entschlossen sind, hierunter durchgehends in Unserm Lande eine Gleichheit halten, und allen und jeden Gerichts-Obrikeiten, michin auch denen Rätthen in Städten, welchen doch derer Verbrecher condition und übrigen Zustand und Vermögen am besten bekannt, frey zu lassen, diese entweder mit der Geld- und Gefängniß-Straffe, oder Hand-Arbeit, und zwar mit drey Tagen dergleichen für einen Tag Gefängniß gerechnet, belegen zu lassen: Als mögen Wir euch solches hiermit nicht bergen, gnädigst begebrende, ihr wollet euch von nun an in Abfassung derer Urthel oder Rügen-Decreten, und daß hierauf iederzeit in solchen Fällen zugleich mit erkannt werde, hiernach gehorsamst achten, und geschicht hieran Unser Will und Meinung. Geben zu Dreßßen, den 27. Januarii 1717.




Wittenberg, Diss., 1720




f  
sb.









11022.

N<sup>o</sup> 236

16

B. C. D.

1720 130

# OBSERVATIONES CIRCA PROCESSVM SAXONICVM,

QVO  
CAVSAE INIVRIARVM, EX MANDATO REGIO,  
DE ANN. MDCCXII. PERAGVNTVR,

QVAS,  
PRAESIDE

GODFR. LVDOVICO MENKEN,  
D. PROF. PVBL. DICASTERIORVM, QVAE  
VITEMBERGAE SVNT, NEC NON IVDICII PROVIN-  
CIALIS IN MARCHIONATV LVSATIAE  
INFERIORIS, ASSESSORE,

D. XXI. MARTII 1720.

PRO LICENTIA,  
SVMOS IN VTROVQE IVRE HONORES RITE  
CAPESSENDI,

LOCO, HORISQVE CONSVETIS,  
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVMMITET,  
ET TVEBITVR,

CHRISTIANVS *Gottlieb* REINHARDVS,  
SCHMIEDEB. SAXO,

ADVOC. IMMATR.

VITEMBERGAE,  
LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINIL

